

LITTERAE PASTORALES

SIMVLET VOCATIO PRO

Futuris comitijs Generalibus Fratrum Mi-
norum Conuentualium

S. FRANCISCI.

ROMAE CELEBRANDIS PROXIMO FUTURO

Anno M. DC. XXIII. die tertia Mensis Iunij.

Reuerendissimi Patris Fratris IACOBI BAGNACABALLENSIS,
Artium, & Sacrae Theologiae Doctoris, eiusdem Ordinis Gene-
ralis Ministri.



Vienna Austria, Et deinde INTERAMNAE, Typis Thoma Guerrerij.
Superiorum permisso. 1622.

LITTERAE

PASTORALIS

IN VITAE VOCATIONE

et officio Pastoris

et Canonici

et Sacerdotis

et Clerici

et Monachi

et Religiosi

et Laici



14139

IN VITAE VOCATIONE
et officio Pastoris
et Canonici
et Sacerdotis
et Clerici
et Monachi
et Religiosi
et Laici

IESVS, MARIA, FRANCISCVS!
LITTERÆ PASTORALES
P R O
INTIMATIONE
AC CITATIONE

FRATRVM ORDINIS MINORVM CONVENTVALIVM
Sancti Francisci ad Capitulum Generale Romæ celebrandum
in sollempnijs Pentecostes proximè futuris Anni
M. DC. XXIII.

VNIVERSIS A. RR. PP. PROVINCIALIBVS
Custodum Custodibus, alijsq; Patribus vocalibus, & non vocalibus
cujusvis Status, ac dignitatis vniuersæ Franciscanæ Min. Con.
Religionis in Italia, extra Italiam, in adjacentibus
insulis, in vltromontanis partibus, & in
quibuscunq; Mundi locis exi-
stentibus.

FRATER IACOBVS BAGNACABALLENSIS,
*eorum indignus Minister Generalis, & seruus sincero, paternoq;
affectu veram salutem, & Plenitudinem donorum S. Spiritus,
humillimè à DEO precatur.*

V I S V M est Spiritui sancto gratiarum om-
nium fonti indeficienti, vt proximè iam elapso
anno tot, tantisq; bellorum periculis, insolentium
militum excursionibus, conspirantium
hæreticorum tumultibus in itinere superatis
saluus, & incolumis Septentrionales, Aquilona-
resq; Poloniæ partes penetrarem, & Cracovia-
tam tandem, vbi ex peculiari Dei beneficio
Sancta & Catholica viget Fides in vigilia A Epi-
phanie Domini peruenirem, vnde quemadmo-
dum Magi post noui syderis amissionem; Herodisq; molestias, iterum
videntes Stellam gauisi sunt gaudio magno, sic & ego, quippe qui tot,
ac tam palpabiles hæresum tenebras, tot vitæ meæ discrimina, & labo-
res passus fueram, iterum Sanctæ Catholicæ Fidei lumine apparente,
transactis periculis gauisus sum gaudio magno valdè. Quare lubens, &
libens, spiritualiq; dulcedine affectus in tam deuota Ciuitate permansis-

sem & si remotissime forent partes, & horribilia me torquerent frigora, solum, vt Patres meos totumq; populum in semotis Regionibus vicinissimos Deo, & inter crudeles algores pia charitate feruentes erga Sanctam Catholicam Fidem, & Ecclesiarum omnium, presertim verò nostræ non minus pium, quam frequentem concursum degustarem. Verum, quia celeres decurrebant menses & verebar ferè ex temporis angustia possibile haud fore, vt Italiam repetere tunc possem, quando (sicut statueram) pro Generalis Capituli determinatione opus erat, & discedere quam primum statui, & vt futuris de facili possibilibus euentibus occurrerem Romam tempestiue scripsi pro Capitulari loci determinatione in eadem Vrbe, ea potissimum mente, cum Mundi caput sit Roma, & veræ Catholicæ Religionis centrum, atq; etiam cum Prouincijs omnibus Religionis nostræ valde accomoda censeatur. Scripsi insimul pro consuetis Indulgentijs impetrandis, vt maturè habitas facilius mitterem in quasuis Religionis partes pro communi fidelium, fratrumq; nostrorum salute, pro vniuersali Religionis beneficio, ac tandem pro celebrandi Capituli felicissimo euentu, statimq; discessi, & remotiores Polonia partes visitans perlustravi. Rediens ergo retro actis diebus in festis Sanctissimæ Pentecostes per confinia maioris Poloniæ pro dictorum Festorum complemento, quod erat pridie Sanctissimæ Triadis Festi Vratislaviæ Silesiæ perueni, ibiq; litteras reperij Patris Procuratoris Ordinis mei Generalis Commissarij in Italia, per quas Summi Pontificis beneplacitum, quod scilicet Romæ Comitia generalia habeantur, quodq; Indulgentiæ breui essent habendæ, easq; de speciali mandato meo per omnes Religionis partes mittendas significatum est. Tantaq; exultationis mei letitia, vt dicere posse sum arbitratus. *Cum compleveretur dies Pentecostes* omnium eorum, quæ sollicitus exoptabam complementum aduenit. Nec prætermittam id quod letitiæ meæ letitiam apposuit, etenim insimul Apostolicum Breue erectionis Collegij Pragensis sub inuocatione nominis S. Bonauenturæ ad instar Collegij Romani Seraphici Doctoris accepi. Igitur primum ingrediens Mustrem illam urbem, in qua Aegiptiæ tenebræ obcrassantes hæreses palpantur iterum dolore permotus recitare cū alijs Patribus capì Psalmum *Miserere mei Deus*. Et Canticum Zaccariæ, *Benedictus Dominus*. &c. Pro animabus illis, quæ in tenebris, & umbra mortis sedent, & Religiosos nostros, & alios non pijs salutationibus excipiunt, sed ludibrijs potius ac improperijs afficiunt, acclamationibus prosequuntur, & in eos risus effundunt. (proh dolor) resque ita est summæ miseriæ coniuncta vt audientes tantum, ac videntes credant & lacrimentur. At misericors Deus qui tribulationes nostras nimium inualescere non sinit, se vt inquit S. Chrysostomus *Multis rebus quedam etiam iucunda permiscet*, & quem admodum pr. regum c. 2. dicitur, *Dominus mortificat, & viuificat deduxit ad inferos, & reducit*. Ipse enim Vratislaviā discedens per Silesiæ, Lusatia, atq; Boemiæ partes permeando tum ex periculis, & corporis mei laboribus, cum ex tot, & innumerabilium ferè illaqueatarum hæresibus animarum tenebris non mediocriter quidem sum tristatus, cum homines præcipui, qui

quasi

quasi aquam bibunt iniquitatem suam omnium Religioforum irriso-
res, sanctæq; matris Ecclesiæ verè hostes. & vnicos contemptores per-
spexerim, sed Dei gratia pro Dominica infra octauam Corporis Christi
Pragam deueniens, Fratresq; meos inuifens præ lætitiæ cordis plur ma-
dicere potui. *Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vi-
tam, quoniam diligimus Fratres.* Et verè equidem transisse me per
infernæ portas, & ora leonum hæreticorum cuneos inquam dubio pro-
cul possunt asserere, & de morte venisse ad vitam ob amorem, & zelum
quibus Fratres meos, commune inq; matrem Religionem prosequor.
Alia quin etiam adfuit gaudendi ratio, ex Dei miseratione oblata, quod
in Ecclesia nostra S. Iacobi, quæ hisce partibus pulcherrima censenda
videtur solemnissimam Processionem pro venerabili Eucharistiæ Sacra-
mento instructam adinuenerim, & vti ante eram dolore affectus, eo quod
in ipsa die Festiuitatis Corporis Christi inter hæreticorum sinus consti-
tutus, nedum nullam Processionem, memoriam uè huius Sanctissimi Fe-
sti viderim, sed vix in quadam Ecclesia Sacrum facere Deo potuerim,
ita consolatione totus Dominica infra octauam sui perfusus, Deusq; ex
infinitæ bonitatis abundantia eo me, quod in ista solemnitate denegatum
est, Dominica infra octauam noluit esse priuatum, cum præcipue ex no-
stra Ecclesia omni cum solemnitate hæc processio deducta fuerit conflu-
enti ingentis populi multitudine, non secus, atq; solet in ijs fieri Ciuitati-
bus, vbi omnes Catholicam profitentur Fidem. Intervenit itidem augē-
dæ solemnitatis gratia Illustrissimus, ac Reuerendissimus Archiepiscopus
Pragensis multa stipatus nobilium, ac Baronum Boemici Regni Corona,
& ipse Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum gestauit. Post hæc præ-
fatus Archiepiscopus apud nos pransurus remansit plurimis cum alijs
Diuo Francisco addictissimis magnatibus ijsdemq; præsentibus Aposto-
licum Breue de Collegij Pragensis erectione fuit promulgatum. Tunc
ex omnium ore est magnificata commendataq; Sanctissimi Gregorij
XV. pietas, benignitas, & clementia, qui veluti amatissimus Pater noster
tanto nos amore prosequitur, tantiq; fauoris monumentum benignissimè
est elargitus. Prædicabant omnes pariter inuictissimi Imperatoris nostri
Ferdinandi Secundi f. is continuis fauoribus in Religionem nostram pro-
pensi pietatem, qui etiam duodecim collegialium sustentationem munifi-
centissimè subministrarit. itaq; ob iam allata videbar translatus de morte
ad vitam, quoniam diligo Fratres. Deo certe laudes: Iosephi ad instar
pericula tot, desertaq; percurri in omni itineris ambace quærens Fratres
meos. Quare in hac non minus longa, quam periculosa peregrinatione
mea, & in qua vis alia dum Religionem visitando circuirem, & maria,
& terras, omnesq; Europæ partes perlustrarem ad quas venire potui, si
quis me interrogasset, & in meis exhortationibus persæpe respondebam.
Quæro Fratres meos. Hinc non parua quidem afficior consolatione, quod
in completionem Festorum Pentecostes hoc tale mearum anxietatum leua-
men fuerim affectus, ita. vt dicere possim: *Cum complerentur dies
Pentecostes.* Quinimo ex hoc futuræ festiuitatis Pentecostes, quando
Generale Capitulum celebrabitur, felix prognosticon desumi posse
mihi persuadeo. Nec non felicibus hisce fretus auspitijs, progressum Re-
ligionis

ligionis in his partibus non exilem, nec vanum volēte Deo mihi polliceor
Atq; vti nam id quod de Apostolis legimus in Aduentu Spiritus sācti ad-
dere mihi liceat. *Erant omnes Discipuli pariter in eodem loco, & fa-
ctus est repente de Caelo sonus, tanquam aduenientis Spiritus vbi-
mentis, & repleuit totam domum ubi erant sedentes.* Itaq; quemad-
modum Apostoli ex coenaculo omnino Spiritu Sancto pleni, afflatiq; exie-
runt, & feruidi, penitusq; igniti animarum zelo, sic faxit Deus, vt ex hoc
Collegio [vti spero] Apostolici prodeant viri charitate seruantes, qui
pro cōseruatione, & propagatione Religionis hīscē, alijsq; partibus labo-
rent, & tanquam mundi lux hāresū tenebras propellant. Quia propter
veluti dum tot hāreticarum vrbium fines pertransire non potui, quam pro
imperitiā, eas iusta cordis mei vota aliter adiuuare non potui, quam pro
ipsis orando Deum, dicens *Benedictus Dominus Deus Israel, & visita-
uit nos oriens ex alto. Illuminare his qui in tenebris, & umbra mor-
tis sedent ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.* Ita modo ob tot
fauores, nouasq; gratias viuam concipio spem fructus, quem possunt, de-
bentq; pro gloria Dei vniuersis hīscē tenebrosis praeſtare partibus religio-
nis nostrae alumni, & hoc per bonitatem, ac scientiam, quae binē Mercu-
lis columnae censendae sunt, (vt ita loquar) ijs namq; in Religione erectis,
hīscē praesertim temporibus, ac locis, verē dicitur. *Non plus ultra.*
Non opus est alio ad conuertendos populos ad illuminandos hāreticos,
quam spiritu, & scientia, nec procedendum vltra. His imō euclentur radi-
tus hāreses, omnesq; retundentur errores. Quod si primaeui Religionis
nostrae Patres in sanctitate, & doctrina coram his alijsue populis procedē-
tes fidem, & Catholicam Religionem pro pagarunt, quid ni simile nunc
Franciscanae cohortis milites tam vastis, & indigentibus partibus praesta-
re possunt? Et si solus lutherus pessimorum pessimus hoc nostro, quasi
auro vita pessima, falsissimaq; doctrina ab Angelo tenebricoso adiutus tā-
tum excitauit incendium, tot de molitus est vrbes, & spiritu diabolico, &
nequam tot, tantaq; mala perpetravit illudens omnibus, atq; simul inua-
dens pro suis conatibus Sanctam Catholicam Fidem, inuoluens hāresum
labyrinthis tot Prouincias, tot Regionēs, perpendite quaeso, quid opera-
turi sint tot Franciscanae Familiae Apostolici Religiosi Spiritu DEI ducti,
ab Angelo lucis conducti qui citō venit in adiutorium populo Dei ad de-
bellandas Tartareas potestates, ad ostendendum gentibus omnipotentiam
Dei. Certe vt vidi in his, alijsq; partibus, Hāretici pietate sunt vrgendi
ad cōuersionem suam, & sana doctrina sunt illuminandi, & conducendi
ad Sanctae Matris Ecclesiae gremium. Hae illa violentia charitatis est
omnibus ex Dei praecepto indigenis inferenda. Compelle intrare, vt par-
ticipes fiant magnae illius cēnae, quam Deus preparauit diligentibus se, ac
seruientibus sibi in vero Sanctae Ecclesiae cultu & in fide Catholica. Quod
si fiat (vt ex praeludijs, quae hoc tempore sunt summo pere spero) sicut
hactenus ad vnguem verum affecuta fuisse videtur Hieremiae propheta,
Ab Aquilone pandetur omne malum super omnes habitatores terra.
Ob magnum malum, quod Lutherus cum alijs caecodemonibus operatus
est in his Aquilonaribus partibus, qui praesumptuoſo, & diabolico ausu,
sum-

summaq; superbia appetierunt vniuersi demolitionem haresum nebulis,
& caligine obscurantes omnia, ita propagata Fide Catholica à Religiosis,
Franciscanis, Apostolicis zelatoribus concionantibus vita, & doctrina in
Aquilonaribus his partibus vere dici possit, ab Aquilone pandetur omne
bonum & vbi abundauit delictum ibi superabundauit & gratia, (Faxit
Deus inexhausta sua misericordia, vt accidat) quia si tantum præualuere
mali, improbi, ambitiosi, inobedientes homines sub principis tenebrarum
atris insignijs, quid operaturos speratis veræ Matris Ecclesiæ immacula-
tæ Christi Sponsæ omni contagionis lue prorsus expertis, Religiosos si-
lios sub cædids insignijs Iesu Christi Ducis vniuersalis militiæ Catholicæ,
cui dicere consuevit anima Catholica vehementis amoris flamma succesa.
Dilectus meus candidus, & rubicundus electus ex millibus. Et vt o-
stendatur ipsum esse ducem, & vexilliferum nostrum alia translatio legit,
vexillifer ex millibus, Hocq; complementum, & perfectio erit bonorum
omnium, eiusq; amoris, quo veri Christi discipuli iudicabimur, vt idipsum
semper repetamus omnes. *Cum complerentur dies Pentecostes erant
omnes discipuli pariter in eodem loco* pro conseruatione, & propaga-
tione nostræ Religionis, fideiq; Catholicæ. Atq; vtinam votis annuat De-
us, vt quem admodum ex Collegio Sancti Bonauenturæ Romæ, velut ex
Troiano equo exierunt tot Heroes, tot inquam viuida, sanctitatis exēpla,
tot Religiosi, & litteris, & vitæ integritate in nostra Religione conspicui,
sic pariter ex hoc alij prodeant ijs similes (prout est mihi in votis) in Sæctæ
Matris Ecclesiæ vtilitatem, vt bina hæc Collegia, nūc, & in dies magis, ma-
gisq; duos illos Isaia Seraphim representent, qui circa thronum Dei al-
ternis vocibus decantabant sanctus, sanctus, sanctus; ita hæc duo Collegia
seraphica, & nomine, & re paria sint in Religione nostra, ardeantq; pro
fidei dilatatione; vt veluti Romanum in Ecclesiæ conspectu positū Pietat-
tis, ac sapientiæ suauis esset odore, nostrisq; præsertim temporib; flo-
ret, sic Pragensis in his vltimis Europæ oris pro Ecclesia dilatetur, sitq;
omnibus pietate, & litteris proficuum. Hinc, sicut in sanctissimæ Tri-
adis festo Collegij Pragensis Breue accepi, & Euangelium intellexi, in quo
Dominus suos Apostolos per orbem misit dicens. *Euntes docete omnes
gentes, Baptizantes eos, in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti,
docentes eos seruare omnia quacunq; mādau vobis,* ita ex hoc conieci,
quod ex his, alijsq; Collegijs instituendæ sint missiones in nostra Religione
pro animarum conseruatione, pro conseruatione, & propagatione fidei, in-
deq; debeant prodire viri Religiosi docentes omnes, vt teneantur exequi
mandata Dei, & sanctæ Catholicæ Romanæ Ecclesiæ præcepta. Hunc
animum Seraphici Patris Francisci esse nouimus, vnde de missionibus
pro sancta fide faciendis loquens in Regula inquit *Quicunq; diuina in-
spiratione voluerint ire inter saracenos, & alios infideles petant inde
licentiā &c.* pariterq; ob id ipse Pater in regulæ principio pedibus San-
ctæ Sedis Apostolicæ procidens inquit. *Frater Fānciscus promittit obe-
dientiā, & reuerentiā Domino Papa Honorio, & eius successoribus
Canonica intrantibus, & Ecclesia Romana.* Quibus verbis duplici vin-
culo adstringimur obedire, & reuereri Papam, Sedemq; Apostolicam, vt
inuit

inuit S. Bonauentura supra Regulam, non solum, vt omnes Christiani, aut
ceteri Religiosi, verum etiam speciatim, vt Minores Fratres huius præ-
cepti virtute, & si alij Religiosi zelo amimarum flagrant, vitæq; commu-
nis, & regularis obseruantia amulī similes his temporibus magno cum
Ecclesiæ sanctæ fructu missiones in diuersas mundi plagas expediunt; sic
nos multo magis ex vi Regulæ tenemur expedire, dum Seraphicus noster
Pater Franciscus monet. *Quicumq; diuina inspiratione voluerit ire in-
ter Saracenos, & alios infideles, &c.* Iamq; id beneficij præstandi popu-
lo Dei optimam nacti sumus occasionem ex collegiorum erectione, in
hoc enim peculiariter omnis ipsorum scopus tendere debet. Et quemad-
modum aliæ Religionēs ad Regulæ suæ præscriptum viuētes bonitate, ac
scientia florent, vbereq; in Ecclesia Dei fructus emittunt, hoc idem om-
nibus votis, totoq; mentis meæ desiderio vehementer exopto, vt vniuersa
Religio mea, quam vna cum meis Fratribus in præcordijs, & visceribus
gesto, proficiat elaborando in vinea Domini, Fratresq; meos vellem, & si
minores humilitate, & nomine, maiores alijs virtutibus, & meritis corru-
scare, vt in nobis omnibus aliqua ex parte specimina virtutum eluceant,
quæ in primis illis sanctitate celeberrimis nostræ Religionis Patribus eni-
tuerunt, qui tantum laborarunt in his, alijsq; partibus pro Sancta Romana
Ecclesia, sicq; illud Regulæ de nobis enunciari queat. *Pauperes rebus
fecit, virtutibus sublimauit*, quod quidem si paupertatis votum adamus-
sim obseruauerimus, communem degendo vitam, sicuti tenemur, litte-
rarum studio operam nauantes propter fidei zelum integerrimum, & non
ob vanum mundanæ stultitiæ fumum facile assequi poterimus. Atq; in
hoc omne nostræ felicitatis, ac salutis complementum esse pro comperto
habeamus, vt tanquam verissimi Christi Discipuli, & S. Patris Francisci
primo geniti filij in completō Fectorum Pentecostes dicere possimus
*Cum complerentur dies Pentecostes erāt omnes Discipuli pariter eo-
dem loco.* Ad id regularis obseruantia ministerio, litterarum studio, spiri-
tus ardore, doctrinæ claritate, mystica, ac speculatiua Theologiæ cogni-
tione peruenire poterimus. Hinc (Charissimi Patres, & Fratres,) ea,
quæ Sanctus Pater noster in Regula monet, omnibus ubiq; locorum exi-
stentibus intimare non destiti. *Attendant quod super omnia desiderare
debent habere Spiritum Domini & sanctam eius operationem, orare
semper ad Deum puro corde*, quæ verba non nisi Apostolorū habetur.
& expositionem præferunt, illud quod in actibus Apostolorū habetur.
Cum complerentur dies Pentecostes. Ea propter D. Pater Franciscus
spiritum Domini secum habere, & in perpetuum seruare toto corde sic
peruigil studebat, vt sæpè sapius in itinere sistens gradus spirituales cibos
de Cœlo demissos attente ruminabat, antiquæ haud ignarus legis, quæ
non ruminantia animalia ad victimas non admittebat, ideoq; ad Sancti Spi-
ritus missionē aliquos dies ieiunij præmittebat, nec per quadraginta die-
rum spatium semel in anno, sed quinquies, & sexies ieiunabat. Et quam-
quam in Regula dicat. *Non curent nescientes litteras* *litteras discere*,
iuxta D. Bonauent: expositionem non doctis, quibus sciendi talentū inest,
sed laicis, simplicibusq; Fratribus sermonem facit, quemadmodum nec
studia

audia, nec studiosorum Collegia ijs verbis damnat, sed solam curiositate, & inordinatam sciendi famem, licet enim dicat Philosophus: *omnes homines natura scire desiderant.* Actus tamen elicit in debitum finem protendi ordinariq; debent, sicq; studendi habitus acquisitus ex frequentatis elicitis actibus juxta debitas circumstantias est studiositas, & inter morales recensenda virtutes. Quare nunquam eam à B. Patre Francisco fuisse damnatam asserimus, cum ipse fuerit *virtutis speculum, recti via, regula morum.* Vnde & ipse cum suis Fratribus stabilita jam Religione sacris paginis studium adhibere non desistit, quinimo, & Euangeliorum è codice discepta folia fratribus singulis, vt studerent sedulus distribuebat, Sanctumq; Antonium de Padua S. Theologiæ lectorè Bononiensis Gymnasij, totiusq; Religionis primum instituit. Hinc à Doctoribus circumfertur. *Studiositas est virtus, qua immoderatum sciendi appetitum comprimimus, & animum in discendis necessarijs incuriosum, & negligentem ad moderatum scientiarum studium accendimus.* Ad hanc equidem virtutem nos adhortatur in proverbijs sapiens: *stude sapientia filij mi & latifica cor meum, vt possis exprobandi respondere sermonem.* Propterea, o quam libenter Religiosos in corde haberem, qui in has deuenirent partes ob sanctæ Catholicæ Fidei zelum, & incrementum, & non ob Magisterij auiditatem, vt quæ nigrum biretum quatuor cornibus exornatum, quod quidem vt Imperiale diadema ab aliis quibus reputatur, assequi tandem queant, neque Doctoratus laurea pro fine illo ad quem confertur, vtuntur. Quo circa inquit D. Bonaventura loquens de Magisterio alijsq; superius recensitis. Dico ego quod Regula non vetat studium litteratis, sed illitteratis, & laicis; vult enim quod vnusquisq; inuocatione, qua vocatus est per maneat, vt ad Clericatum de laicatu nullus ascendat; nec vult, quod Clerici fiant laici studium recusando, alioquin ipse transgressor fuisset, qui cum paucas litteras sciret, post modum in litteris profecit in ordine non solum orando, sed etiam legendo, vnde vt scias quantum ei placuerit studium Sacræ Scripturæ audiui ego à Fratre qui vidit quod cum nouum Testamentum venisset ad manus eius, & plures Fratres non possent simul habere diuidebat per folia, & singulis communicabat, vt omnes studerent, nec vnus alterum impediret. Clericos etiam quos recipiebat ad Ordinem, in summa reuerentia habebat, & in morte mandauit Fratribus, vt Doctores Sacræ Scripturæ in summa reuerentia haberent, tanquam illos, à quibus reciperent verba vitæ; Vnde cum nomen Doctoris veneraretur, intelligebat hoc Euangelium non vetuisse, alioquin Paulus Apostolus Euangelio contradiceret, qui se in Epistola ad Timotheum Magistrum gentium vocat, quod maioris imprudentiæ videtur, quam si ab alijs vocaretur. Dico ergo quod secundum Euangelium pompa huius nominis condemnanda est, & nullatenus appetenda, sed officium assumendum. Quos enim magis docet Euangelium docere, quam qui Euangelium profitentur, & seruant? Nam eū dicat Euangelium *Qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in Regno Cælorum.* Quis sane montis dicat, vt Magister & Frater Alexander, diues debuerit predicare & docere, Beati pauperes spiritu, & pauper effectus debuerit reticere? Certè si Fratres decet addiscere, & ruminare tanquam munda animalia verba diuina, vt sibiipsis sufficiunt in docendo, quis tam stultus, vt dicat, quod doctrinam, quam eos decet facere, & docere debeant à non facientibus mendicare? Condemno igitur tecum in Magisterio pompam, sed commendo officium, damno Fratrem Minorem pomposum, & dico eum Magisterio penitus indignum: sed commendo studiosum credens, quod nulli magis quam tali competat aucto-

ritas docendi Euangelium IESV Christi. Hac sanctus Bonaventura.
Idem Seraphicus Doctor in Questionibus supra Regulam D. Francisci in-
quit: Ne ex imperitia errores pro veritate doceamus, necesse est nobis habere
Sacra Scriptura studium, & Magistros. Hac enim scientia non solum est utilis
ad aliorum cruditionem, sed etiam ad propriam instructionem; Ut seruus Dei
sciat seipsum bene regere, virtutes a vitijs discernere, & notitiam Dei, & futu-
rorum pramiorum clarius intelligere, & in omnibus cautius, & fructuosius con-
uersari; Nam & Apostolus hortatur Timotheum ad lectionis studium, & Sancto-
rum nobis diligentia in sanctarum ruminatione Scripturarum frequenter com-
mendatur, Veritas enim Fidei, & vita sanctitas non aliunde, quā ex Scriptura
fonte hauritur, sine quibus impossibile est quemquam saluari. Hæreticorum e-
nim versutias, qui in Scripturis Sacris occasionem erroris per falsas interpreta-
tiones assument oportet per ipsarum diligentem inuestigationem diligentius
obuiare, & fideles contra eorum fraudes & latentes decipulas præuenire. Vnde
D. Hieronymus Sancta Rusticitas solum sibi, & quantum adbeat ex vite mer-
ito Ecclesiam Christi tantum nocet si destruentibus non resistat. Ad Titum. Po-
tens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere. Hac Sanctus
Bonaventura. Ex quibus verbis S. Francisci Regula explanatio habetur: totūq;
illud, quod desideratur in studiosis Baccalaureis ad hæc duo Sancti Bonaventura
Collegia venientibus, & ad quoduis aliud vsq; modo in Religionis nostræ hono-
rem erectum, vel in posterum pro conseruatione, ac propagatione Catholice
Fidei erigendum, & hoc totius boni complementum esse quilibet facile conspi-
ciet, & tunc vnanimes dicere poterimus: *Cum compleverunt dies Pentecostes.*
Hic addere non desinam, quod ea quidem mente officium meum susceperim,
peregrinationemq; subierim vniuersam visitans Religionem, solum ut
sanctitate, litterisq; floreret, & quemadmodum aliis in temporibus hic,
aliisq; partibus Religio nostra Sanctæ Ecclesiæ columna extitit, flo-
ruitq; sanctitate, & doctrina, ita hac nostra tempestate in harum partium te-
nebris colluceret. Quinimmo sicut in Religionis nostræ fundatione id quod in
creatione mundi dictum est enuntiari consonum fuit. *Spiritus Domini feroba-
tur super aquas, Genes. 1.* ex eo, quia sapientia, & bonitatis spiritus in Reli-
gione tunc temporis vigeat plurimus, ita in ipsius reparatione nunc idē repe-
tere fas sit: ita ut Spiritus Domini feratur super aquas sicut à principio, spiritus
inquam sanctitatis, & doctrinae ob regularis obseruantia, vitæq; communis in-
troductionem. Ob quæ, postquam sollicitus jam in Generali Capitulo proximè
Romæ celebrato nouas constitutiones fieri curassem, & viua voce, & scriptis,
nec non per manuale, aliosq; libros spirituales Fratribus sanctitatem, aliasq; vir-
tutes indixissem, Reformationem studiorum adiunxi, & postremo pro exilibus
viribus meis, ut Collegia erigerentur, pro ut potui elaboravi: etsi namq; quot
decoros fructus emitat Romanum Collegium liquido constat, nihilo minus ta-
men ex quo alijs in ultramontanis occidentalibus partibus, & nunc primum in
his septentrionalibus hac vice sui non paruum utilitatem, quam medijs hisce
Collegijs nobismetipsis in nostra Religione, & tota Ecclesia Dei polliceri possu-
mus, satis superq; perspexi; ideoq; eorum promotioni omni studio, & maiori,
qua vnquam potui diligentia fategi, & hinc mecum cogitavi sapius, quod velut
Sanctus Spiritus peculiaribus direxit influxibus Gregorium XII. Bononien-
sem ut plurima Collegia Fidei propugnacula erigeret, quem postmodum Six-
tus V. prosecutus est in erectione Romani Collegii S. Bonaventurae, ita Grego-
rium XV. idem Bononiensem mouit, ut nouum Pragensē erigeret Collegium
ad

ad Religionis nostrae harumque partium reparationem, & incrementum. Ad hunc
certè finem uti retroactis laboravi temporibus terrestria, vel maritima pericula
non pauescens, ita nunc prosequar, & cum Dei adiutorio perseuerabo usque in
finem, impauidoque animo, prout Dominus hactenus dedit circuibō, promouen-
do reformationem, vitam spirituales, regularemque, obseruantiam, atque fructuo-
sum litterarum studium, ut hæc Religio nostra (prout est mihi in animo) sit
veluti castrorum acies ordinata contra Sanctæ Matris Ecclesiæ aduersarios, oc-
cursos. Iam alias experimur Religiones nostris temporibus erectas exornari
Beatis Sanctorum Catalogo adscriptis, & non ob aliud quidem, nisi quia per vi-
tæ communis tramitem Regularisque disciplina semitas eucurrerunt. Propterea
ut verum fatear sancta eas inuidia prosequor, eo quod temporibus hisce simili
in statu nostram videre concupiscere. Et si Religiones hæc nouiter erectæ fructus
producant plurimos in odorem suauitatis, tantiq; habentur in orbe terrarum,
quid arbitramini nostram proficere posse Religionem sub tanto duce, & signi-
fero militante? Principem tantum subsequente Francisco tandem, de quo
canit Ecclesia: *Decus morum Dux minorum, Franciscus tenens brauium*,
penitus adherentem? Deum immortalem profari nequeo: me videor videre no-
uam certè Religionem, nouis Franciscanis militibus stipatam, agmina, & exer-
citus Christi in militanti Ecclesia Fratresque meos Dei zelo, & ardore concitos.
Et o vtinam ea omnia, quæ in his Pastoralibus litteris, & in alijs meis dixi exe-
cutioni quantocius demandarentur, & his incumberent Fratres in proximè futu-
ro generali Capitulo. Hæc requies mea esset, hoc solatium vnicum. iste sudor
semper meorum, laborumque omnium, & peregrinationum mearum dilectissimi
Fratres scopus fuit. Hoc zelo, hoc desiderio omnem perlustraui Religionem pro
omnium Fratrum salute laboribus non peperci, & ubique locorum clamitavi, di-
cens: *Tempus visitationis si cognouisses & tu*, ut tempore Reuerendissimi Pa-
tris Gesualdi piæ memoriæ cõgigit. Et ex hoc intuli: *Tempus faciendi Domine*,
disparauerunt legem tuam, nec non persuadebam cunctis illam viuendi rationem,
ut cum Davide quilibet eorum dicere posset: *Inclinavi cor meum ad facien-*
das iustificationes tuas in æternum propter retributionem. Sæpiusque illud
Apostoli inculcaui. *Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi*,
ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum siue malum.
Non desisti in sermonibus meis ad Fratres innuere, quod qui bene viuit, & refor-
matè, bene moritur, atque ut inquit D. Augustinus: *Non potest malè mori qui*
benè vixerit. Atque ad hoc Pseudoprophetæ Balaam figuram subducebam, qui
filiis Israel tabernacula conspiciens, rectum peroptabat vitæ suæ terminum
dicens: *Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea bo-*
rum similia, & quidem hoc ei, eo quod malè vixerit, denegatum est. Hoc usu
veniet (quod avertat Deus) Fratri illi, qui Sanctorum Patris Francisci, Antonij,
Bonaventuræ, Bernardini, aliorumque Religionis nostræ beatorum solemnitates,
Festaque audiens, & gaudia, beatitudinis desiderio incalescit, cum ipsis in paradiso
sui Deo vehementer exoptat, sed, (ac si surdo fabula caneretur) Sanctorum
horum vitam, tribulationes, obseruantiam, paupertatemque externis auribus per-
cipit, ita ut de tali enunciari possit illud Prouerbiarum. *Vult & nō vult piger*,
hoc est piger se exhibet in grauissimo salutis negotio, velletque coronam, sed
nollet certamen, vellet assequi festum sanctorum in paradiso: sed haud quaquam
hic admittit vigilias, & poenitentias eorum, proinde in Apocalypsi Spiritus San-
ctus monet: *Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ*. Quapropter

si scelestè, si negligenter quis vixerit illud Hieremiæ dubio procul inuicè audiet: *Maledictus quis facit opus suum negligenter* Et rursum illud Isaiæ: *In terra Sanctorum iniqua gessi, & non videbit gloriam Domini.* Quod si audierint Fratres vocem meam, & iuxta professionis institutum vixerint repositam habebunt coronam in Coelis; etenim iuxta illud Matthæi. *Qui fecerit, & docuerit hic magnus vocabitur in regno Cælorum.* Quale autem ibi paratum sit præmium, non possumus verbis assequi, ut inquit D. Paulus *Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus ijs qui diligunt illum.* Hinc Pragam in Conuentum nostrum Sæcto Iacobo maiori dictum nunc perueniens omnibus, & singulis laborum peregrinationum, & visitationum mearum metam, officijq; mei tandem optatum finem pro futura Pentecoste iudico, & nouam Generalis Ministri Religionis nostræ electionem annuntio. Et quemadmodum Sacer hic Apostolus Hispaniæ plagas petens (ut eorum Ecclesiarum est traditio) paucos quosdam ad Christi fidem conuerit, non suo, sed aliorum defectu, ita, & ego quidem feci, quæ potui, & si ob mea peccata exilem laborum meorum fructum viderim & minorem eo, quem in meo regimine sperabam, faxit Deus, ut si qui pauci illuminati sunt fructum dent temporis suo, & me viuente, & mortuo; ne ipse ob graue hoc regimen æternæ damnationis sententiam incurram. Detq; mihi Deus poenitendi spatium, etenim inter tam grauis officij finem, & mortem meam veræ poenitentiaæ nydium tempus, & interuallum postulandum est, ut ad mortem dignè me possim accingere, & latus ex hac mortalium vita, & cum requie discedere valeam. Ob hoc ex ipsis Poloniæ recessibus innui, sat mihi fore, si ipsa capitulari hebdomada Romæ pertingerem, ut mearum culparum accusationem absoluerem, & officium resignarem. Sed quia ob aliud in Italiam trahor, opus est, ut aliter, quam statueram perficiam, & voluntatem, iudiciumq; meum deponam. Italiæ igitur appropinquabo, ut pedetentim Capituli consulam necessitatibus, eaq; peragam, quæ cum eorum saluti necessaria videbuntur, & ut pro communi Religionis nostræ bono celebretur Capituli exemplare, quietum, ac fructuosum, ut in proximè jam Romæ celebrato Dei gratia factum est. Hoc namq; Capitulum complementi reformationis erit, boniq; nostræ Matris Religionis progressus, si iuxta voluntatē, ac Spiritus Sancti dispositionem fiat, vereq; dici poterit. Cum complerentur dies Pentecostes erant omnes Discipuli pariter in eodem loco. Ecce me ergo dilectissimi Patres, ac Fratres in hoc officio inueteratum, grauem annis, atq; peccatis, quapropter cum hanc vocem audio *Capitulum Generale* gaudeo, & audire me videor, quæ Samueli Israelitæ olim ingerebant, uti diebus hisce, audistis: *Da nobis Regem.* Concedat mihi Deus, ne id, quod Reuerendissimi Gesualdi temporibus dictum est, audiatur: *Filij tui non ambulāt in vijs tuis.* Sed ab actis particularium commodi, ac desiderijs magis modo, quam alias publicum promoueat bonum. En ergo me ad syndicatū libentissime præparatum, quem quidem omnibus in vniuersali, & in particulari iudico, Et quamquā cum D. Paulo dicere nequeam: *Nihil mihi conscius sum,* cum optimè defectibus plenum & esse, & fuisse videam, peccatoremq; miserandum. nihilominus quia me bonæ semper intentionis extitisse scio, propagationemq; reformationem, & commune Religionis bonum promouisse, ecce me præparatum, & promptum, ut iudicer: *Sed non in hoc iustificatus sum, qui enim me iudicaturus est, Dominus est,* Papa est, Protector est, quibus quilibet meos poterit significare defectus, ne impunitus abeam ad aliorum exemplum, atq; animæ meæ salutem.

Vnde

Vnde, & si cū D. Paulo fas mihi sit: dicere *Cursū cōsumam* propter cōtinuatō-
nem visitationis meæ tam intra, quam extra Italiam (quamquam imperfectis-
simo modo operatus sim) & addere. *Fidem seruauit*, fidelis etenim fui Matri
meæ Religioni, sicut vsq; ad mortem, protegente Deo, fidelis ero: Non tamen cū
D. Paulo dicere mihi licet: *In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam
reddet mihi Dominus in illa Die iustus iudex*. Certus enim sum Deum &
me non leuiter offensum, sed ne vtiq; mihi indulgisse, hinc iusta illud, *de pro-
pitiato peccato noli esse sine timore*, formidine, & pauore vtiq; me sentio cor-
reptum. Vere in hoc meo regimine sex alis volare peroptauit, quas Seraphicus
Doctor pro Superioribus conficit in opusculo de sex alis Seraphim quæ sunt.
*Iustitiæ zelus, pietas, patientia, exemplaritas vitæ circumspecta discretio, &
erga Deum deuotio*, video tamen, & ingemisco in tam sublimium alarum volatu
me plurimum defecisse. Qua de causa nunc pro tunc, quando tempus Capituli
aderit singulis ad formalem syndicatum me exhibeo, & cū Samuele, vt legimus,
his diebus dicam. *Ecce audiui vocē vestrā iuxta omnia, quæ locuti estis ad me*
& etiam ad alios. En tempus electionis noui Generalis, eligite zelantem, & ti-
more Dei refertum Antistitem qua de causa vsq; ad electionis horam continuè
dicam id, quod in Moyse electione dicebatur. *provideat Dominus Deus Spi-
rituū omnis carnis hominē, qui sit super multitudinem hanc, & possit exire
& intrare ante eos, & educere eos vel introducere, ne sit populus Domini si-
cut ovis sine pastore*. Hæc addat Dominus Deus, ne videam Saulem aliquē ante
oculos meos gradiētē, aut alterum Fr. Eliā, sed sit ad instar, Dauidis, & D. Bona-
uenturæ. Ecce in hoc officio meo iā senui, & incanui ob tot labores, & molestias,
filios meos, atq; Fratres, qui fuerunt, & sunt vero zelo succens, mecumq; labora-
runt pro bono communi cognoscitis, & vobiscum sunt, ipsos contra suam ipsorū
voluntatem, vitam eorum, & habilitatem perpendens, ad officia assumpsi, & in ele-
ctionibus nē latum quidem vnguem pro mea virili exiguitate à Pōtificum decre-
tis recessi, quæ iubent: *Ad officia, gradus, & prælaturas illi præcipuē eligan-
tur, qui possint, & consueuerint Regulas Ordinis & constitutiones observa-
re, præsertim quæ pertinent ad seruitium chori vestitum & victuū cōmunem*.
Et quantum valui officia non quærentibus, sed fugientibus ea contuli iuxta Cano-
nonem. *Locus regiminis, sicut desiderantibus est negandus, ita fugientibus
est offerendus* Et quotiescunq; hoc præstare potui moraliter, & legitima incedēs
via, vt opus erat, me Deo gratissimum certe Sacrificiū obtulisse pro certo habui
hauriebamq; spirituale solatium, etenim Præfecturæ Religionis non sunt dignita-
tes, sed onera *& onus Angelicis humeris reformidandū est regimē*. Ita coram
vobis ab adolescentia mea, & ab ipso regiminis mei principio conuersatus sum,
vt vnusquisq; faciliè possit aduertere, vt dicit D. Paulus, *qualiter vobiscū p omne
tempus permanserim*. In futura Pentecoste ferè vndecimum regiminis mei annū
atingam, & ecce præsto sum, ecce me iam trutinæ syndicatus offero, ne me impu-
nitum, quæso, dimittatis, vt tremenda Dei iudicia effugere valeam, cum scribat
D. Paulus: *si nosmetipsos diiudicauerimus, non utiq; iudicemur*. Loquimini
de me corā Domino, & Christo eius, qui est summus Pontifex, Protector, Præ-
sidentq; Capituli, etsi nāq; non sum ego veluti Samuel Sāctus, sed miserrimus pec-
cator, nihilominus, quia in meo regimine (quantū fragilitas mea sustinuit) recta
intentione, pioq; corde me habui, *loquimini corā Domino & Christo eius v-
trum Bonū cuiusq; tulerim, aut Alium*. Si laboribus pepercerim, si laborandi

Frates laborent fideliter, & deuote ita quod ex clauso obtio anima inimico
Sancta orationis ac deuotionis spiritum non extinguam. Etenim ortum fons
est, & radix malorum omnium in Sancta Religione. Circum huc illuc, sicut A-
tells deferens sarcinas, omnibus suadens illum vitam statum, perfectionisq; ap-
teem, qui ad preparatum nobis in Caelo primum exposculatur, omnibus pre-
dicans regularem obseruantiam, & spiritus feruorem. Quoties omnibus, & sin-
gulis hac locutus sum? Isacar Asinus fortis videns requiem quod esset bona,
supposuit humerum ad portandum. Et simul vna hortatus sum, vt fortissimu,
ac robustum Dei Spiritum habeant ad impellendum omnem difficultatis in via
Dei murum, iuxta illud Isaie: Spiritus robustorum quasi turbo impellens pa-
rietem; vtq; ita cum Dauide quisq; dicat. In Deo meo transgrediar murum.
Itaq; dilectissimi Frates loquimini coram Domino, & coram Christo eius
si quempiam calumniatus sum. Si alicuius fame detraxi, qui in immo si Fratru
meorum defectus, ne Religioni sim detrimento, quantum potui, calare non
audui: neq; ob id tamen notoria si qua fuerunt, delicta punire destiti, cum mi-
sericordia iniungens Fratribus poenitentiam. Loquimini rogo si aliquem op-
pressi, si quempiam ad tristes damnauerim, si quem in duris vinculis, & carce-
ribus absq; discretionis, charitatisue moderamine constrictum detinuerim. Lo-
quimini si de manu cuiusquam munus accepi. Ecce manus meas Dei gratia mu-
das, & innoxias. Loquimini libere (& crote ob hoc a Dominino Deo benditi)
si oblationes ab aliquo suscepisti aut alteri dedi. Gratia Dei sic dicere possum.
Testis est mihi Christus eius in die hac quia non inueneritis in manu mea
quidpiam. Vt enim pauper officium assumpsi sola Cruce contentus, & Cruci-
fixo, cum eisdem volente Deo exibo, certissimeq; scio me nihil habere, nihil vel-
le, nihilq; desiderare de vestris quia non qua sui vestra, sed vos, & cum D. Paulo
dicere cupio vsq; ad vltimum agonem, habentes alimenta, & quibus tegamur
his contenti simus, & sicut gratia Dei officium hoc naturam meam nihil omni-
no immutauit, sic me spero deposita officij mei sarcina superno fretus au-
xilio ad meam pristinam simplicitatem fore rediturum. Pro officij mei igitur
complemento, & pro Generalis Capituli citatione iterum repeto. Cum comple-
rentur dies Pentecostes certiores reddo vniuersos futura Pentecoste nouam
Generalis ministri erectionem fieri debere. Quae quidem, vt Spiritu Sancto re-
gatur, veluti Apostoli erant perseverantes omnes in oratione Spiritus Sancti ad-
uentum expectantes, ita, & vos orantes permanebitis, ad hoc namq; consueta
indulgentiae, & pro vobis, & pro saecularibus sunt transmissa. Qua propter, vt
offendicula omnia auferantur, & ne Sancti Spiritus influxus obiacula inueniat
pro Festiuitatibus Natiuitatis, Resurrectionis, & Pentecostes, in quibus Indul-
gentiae publicabuntur omnibus absentibus, & praesentibus, in omnibus partibus,
& Prouincijs Religionis, vocalibus, & non vocalibus, venturis, & non venturis ad
Capitulum omni cum plenitudine possibili facultatem concedo, vt ab omnibus
casibus absolui possint, tum meo reseruatis officio cum superiorum mihi infe-
riorum, vt que Confessarium secundum suum beneplacitum ab ordinario tame
Religionis admissum sibi eligere queant. Ita pariter facultatem tribuo, vt cum
illis dispensari possit in irregularitatibus in foro interiori quantum ab officio meo
pendere potest. His purificati temporibus particulares coram Domino oratio-
nes effundite, vt Pentecostis tempore Spiritum Sanctum super electores mictat,
vt quod ipsi placitum est, non quod hominibus peragant, Pastoremq; eligant ac
nimirum

nimarum salutis zelantem, qui vos non per perditionis viam vel Saul, sed veluti
 Dauid per salutis semitam conducatur, ne mei labores incassum pereant, neue al-
 cui sint (quod Deus auertat) maioris castus, & ruinae causa, nullus est enim (si
 me non me fallit opinio) qui me non audiuisse excusari valeat, cum visitationi-
 bus, & sermonibus in voce, & in scripto, quod cuiusq; faciendum statuitur, insi-
 nuauerim vbique, quia sit Religionis nostrae status ac terminus ad quem; qui
 quidem aliud nihil, quam vite communis observatio; pro vt à Tridentina syno-
 do, & à Pontificum Decretis praescribitur, esse cōsetur. Est mihi namq; in votis
 perpetuum in Religione videre Dei seruitium, semperq; in cunctis perseverare,
 quod haecenus laudabiliter gestum est, vt ex hac lacrymarum valle discedens
 Frater Jacobus indignus vester seruus Caelorum fastigia euolare possit: Hoc e-
 quidem haud mereor, immo grauium peccatorum meorum causa de mereor
 plurimum. Et quod mihi ipsi exopto id ipsum omnibus, & singulis praecor. Hi
 mei sunt honores, hi gradus, quos ambio, quos ascensiones appellat Dauid:
Ascensiones in corde suo disposuit in valle lacrymarum in loco quem posuit.
 Faxit Deus, vt disponamur omnes ire de virtute in virtutem, donec videamus
 faciem Dei insimul cum Sancto Patre nostro Francisco, totq; Religionis nostrae
 coeliculis, vt inquit Dauid: *ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus*
Deorum in Sion. Haec sunt dilectissimi Fratres mei honorum scala, ac dignita-
 tes, quas scandere, & ad quas pertingere cupio, has aspirare vos omnes exopto.
 Quinimmo, vel superior vester, vel inferior sim pro Fratrum meorum salu-
 te, Regulaq; obseruantia sanguinem, & vitam si opus erit effundam. Votis an-
 nuat Deus, vt quemadmodum in primitiua Ecclesia *multitudinis credentium*
erat cor vnum, pro sancta, rectaq; electione complenda, idem in hisce Genera-
 libus Comitijs dici valeat, quod de iam elapso Capitulo sonuit. *Ecce quam bo-*
bonum, & quam iucundum habitare Fratres in vnum, Possimusq; vnanimes
 omnesue Dominum alloqui. *Deus, qui inhabitare facit vnius moris in domo.*
 Reuoluite quas, quod ex hoc Capitulo omne Religionis nostrae bonum pen-
 dere speramus, si recta fiat electio. Si minus [quod auertat Deus] maximam re-
 ligio hac iacturam incurret, vltimum ipsius erit exitium, ac damnum. Atten-
 dite, quod veluti Apostoli, *erant omnes pariter in eodem loco*, ita & vos pari-
 ter in eodem loco Romae pro celebrandis comitijs conueniri debetis. Et sicuti
 in alio in conspectu Ecclesia Dei eamus omnes, multumq; profecit religio ob
 sanctitatis, & scientiae Fratrum exemplum, ita in hoc multo plus diuina nos a-
 diuuante gratia spero, vt quemadmodum illa sancta quatuor Ezechielis animalia,
ubi erat impetus Spiritus gradiebantur, nec reuertebantur com incederet,
 ita & nos in bonitate, & literis non retrocessisse, sed profecisse multum videamur.
 O vtinam Comitiae hae horologij ad instar sint futura, vt loco, & tempore
 debitis omnia succedant, sitq; charitas, & amor instar torae, quam vidit Ezechiel,
 sitq; omnibus Prouincialibus, & vocalibus Spiritus vite, *Et Spiritus vita erat*
in rotis. Hinc vnue sis ad hoc capitulum accessu is sit istic praecipitur, vt Bre-
 uarium, Regulam, & aliquem spirituale librum secum habeant, coronam ad
 cordam gestent appensam, ferant pauperum disciplinam, studeantq; singuli, vt colo-
 ris cinerici habitus induiti decenter appareant. Nec ullus absq; licentia Gene-
 ralis inscripti obtemperat (vocalibus exceptis) aduenire praesumat, & hoc ad meri-
 tum salutaris obedientiae praecipitur, & sub praena suspensionis à diuinis, & omniū
 actuum legumorum priuationis ipso facto incurrenda. Serui qui ducentur sint.

Laiici professi cum caputio, quiq; decemq; & mundū habitū. & Rosariū habeāt,
Nemo proprios equos, aliaue animalia Romam conducat sine licentia Genera-
lis expressa sub pœna talium animalium amissionis, quæ Capituli seruitio, ac
beneficio adscribentur, sed omnes conductiis vtantur equis, ne superfluis Re-
ligio (vt alias factum est) grauetur expensis. Faxit modo Deus, vt ad hanc Ca-
pitularis citationis, ac intimationis vocem, nunc pro tunc Sancto Spiritu, san-
ctisq; desiderijs adimpleamini, vt quemadmodum tota domus, vbi conuenerāt
Apostoli repleta est Spiritu Sancto, ita tota Religio nostra celestibus Spiritus
Sancti donis cumuletur; & veluti Spiritus ille diuinis Apostolis in linguis igneis
apparuit, si quidem illorum ministerio, ac prædicatione totus terrarum orbis
Dei rerumq; celestium amore erat inflammādus; sic vocales omnes qui ad hoc
Capitulum conuenient, cateriq; Patres in assignatis conuentibus permanentes
ignitas Diuini Spiritus igne linguas habere demonstrēt. de diuino amore, bono
publico, animarumq; salute continuē loquentes, secularibus Religionis Arca-
na negotia non manifestantes ne in pœnas constitutas incurrant, sed de spiritua-
libus rebus, ac exercitijs, virtutumq; praxi eorum sint sermones, hisq; præcipuē
incumbent, Vocales cateriq; ad Capitulum vocati, vt veluti per Iacob scalam,
cui Deus innitebatur, ascendeabant Angeli, & descendeabant; sic & ipsi Urbem
petant, & à Capitulo reuertantur vt Angeli Dei Spiritus Sancti ardore succensi
animarum salutem cupientes, Religionis decorem anhelantes, sanctam deniq;
reformationem toto affectu amplexantes, vt qui audierit, ac viderit pro tam be-
nē composita, ac ordinata Religione infinitas Deo gratias agat, atq; de vobis il-
lud enunciet: *Deus qui facis Angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignem
vrentem.* Hoc itaq; pro quouis appositē compefcendo sufficiat, quod Genera-
le Capitulum Romæ apud Sanctos Apostolos celebratur, sub protectione San-
ctorum Philippi, & Iacobi, quorum corpora in nostra Basilica requiescunt; di-
xisse sit satis, Capitulum celebrari in facie Ecclesiæ Dei, atq; Pontificis Religio-
ni nostræ summopere affectis; quapropter veh illi, qui exemplaritati non stude-
rit, qui ne non, vt decet, comparuerit, veh illi, qui lingua vel moribus cuiuspiā scan-
dalo fuerit, ego enim exploratores adhibebo, & in hoc rigidum, ac seuerū me
exhibebo in his præsertim, quæ Religionis honorem, rectamq; capituli disposi-
tionem concernunt, qua etiam de re vltromontanas hæc plagas, vbi plurimos
in Religione producendi fructus viget occasio, corporaliter deserere cogor, &
Italiam petere, vt omnia recte disponantur, atq; in laborum meorum comple-
mētū, optime pfiatur & deniq; dici possit *Ch cōplerētur dies Pētecostes erāt
omnes discipuli pariter in eodem loco, & factus est repente de calo sonus tan-
quam aduenientis spiritus vehementis & repleuit totam Domum vbi erāt
sedentes.* In hoc breui, quod mihi ad futuram vsq; Peutecosten superest, tem-
poris Spatio, nec timore, nec alio quouis intuitu ab inceptis desistam, nec iu-
uante Deo in bono proposito vires remittam, sed vt ab initio leniter incesſu, ve-
niq; in auræ tenuis sibilo, vti se exhibuit Dominus Elie, vt omnes suauiter ad
celestia allicerem, ob Sancti Spiritus aduentum, celebrandiq; capituli nouita-
tem tunc temporis insolito affectu, & ardentiori desiderio in commotione, &
igne aduenire compellar, vnde sufficientes vires ad omnium animos commo-
uendos, & excitandos habere vellem, vt in disciplina regulari, & in hoc capitulo
tales se exhiberent, quales pro publico Religionis nostræ tuendo, & augēdo de-
core esse deberent; atq; vbi in præteritis temporibus dissensionum flammis non
excitauī, factiones non foci, seditiones in totius regiminis mei curriculo di-

na gratia nullo pacto permisi, imò illi tantum, quos uerè Dei seruos vitæq; com-
munis obseruatores videbam, à me fuerunt efficaciter adiuti, & iuxta cuiusq; ra-
lentum ad diuersa munera destinati, ita contestor me nulli vnquam adhæsisse par-
ti, nisi illi quæ Domini est iuxta illud *mibi autem adherere Deo bonum est.*
vt vniuerses debitum ei præstaremus obsequium, à nobis glorificaretur, & Reli-
gio nostra in reformatione progrediretur, sic in hoc modico, quod restat, offi-
cij mei tempore ad vitam communem exactam ac diligentius quàm antea vos anima-
re posse vellem, vt super omnia Spiritum Domini & sanctam eius operationem
haberetis: Ad poenitentiam, vitæq; transactæ emendationem diuino afflante Spi-
ritu vos commouere, diuinoq; amore accendere vehementer exoptarem, & ali-
qualiter cooperari diuinæ voluntati Domini mei Iesu Christi qui dixit *Ignem*
veni mittere in terram. & quid volo nisi vt accendatur? Vellem in cordibus
vestris amoris, & charitatis ignem excitare in hoc Capitulo, vt cœlestium rerum
amore inflammati, Sanctoq; Spiritu repleti, maiorem solummodo Dei gloriam
præ oculis haberetis, animarumq; salutem spectaretis, vt de hac nostra Religio-
ne, nostrisq; Comitij illud Abdiæ Prophetæ de domo Iacob & Ioseph aliquando
verificetur, *& erit domus Iacob ignis, & domus Ioseph flamma,* & accenda-
tur in vobis flamma diuini amoris Iesu Christi. Imò in hac vltima gubernatio-
nis meæ periodo naturalem motum imitari etiam atque etiam opto, qui quo fi-
ni propius accedit, eo vehementior esse conspicitur, lucerna quoq; cum ad ex-
tremum peruenerit maiores emittit splendores: sic maiora dilectionis signa om-
nibus exhibere mihi est in animo, vt aliqua ex parte Saluatorem nostrum imita-
ri valeam, de quo, cum ad ipsius vitæ terminum appropinquaret, inquit Euan-
gelista, *Cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos*
Aut veluti Sacerdos summus sancta sanctorum ingressurus filiorum Israel tri-
bus incisus, & in pectore carbunculum gerebat ardentem; Non secus ego Reli-
gionis onus sustinens propter officium, ac rationem, quam pro animabus ve-
stris sum redditurus provincias omnes instar tribuum Israel in dorso, & pectore
porto; & cum Romam sim ingressurus, quæ ob Ecclesiam Catholicam; Sum-
mum Pontificem, Diuq; Petri Sedem iuste sancta sanctorum appellari debet;
amoris, & charitatis carbunculum in pectore accensum gestare ardentissime ex
opto, nec aliud à vobis pro laborum meorum præmio, ac fructu exposco, nisi
vt vnusquisq; verus Iesu Christi existat seruus, peccataq; pro viribus suis euitare
contendat, *hic est omnis fructus vt auferatur peccatum,* inquit Isaias. Tan-
dem pro vltima coronide harum Pastoralium paterno redundantium affectu,
verba quæ habet ad Galatas D. Paulus ex huius Capituli conuocatione occasione
desumpta, toti meæ Religioni, ac Fratribus recensere volo. *Obsecro vos ego*
inquit in Domino, vt dignè ambuletis vocatione qua vocati estis cum om-
nibus in caritate, cum mansuetudine, cum patientia supportantes inuicem in cha-

14
iuxta Suae Sanctitatis beneplacitum, meumq; desiderium Capitulum pro maiori
tum Religionis tum negotiorum commoditate Romæ sit celebrandum, Præui-
cias omnes tempestiue certiores reddo huius intimationis, formalisq; citationis

stantibus peccatis) ligari, & flagris contundi, ipsum quoque martirium subire pro
mea Religione, ac Fratribus, & si per has aliasque partes tot vite periculis per
agrarim, & per hostium turmas, & inimicorum sanctæ Fidei sinagogas pertran
sierim, non tamen delicias illas, quas Deus sibi vere seruientibus porrigit degu
standas, delibare potui; verum his, quæ pro vobis gesta sunt, amoris & charita
ritatis aureis catenis me vobis deuinctum fateor, & ita indissolubili nexu usque ad
mortem permanfurum in Domino confido. Itaque in ultimo officij mei articulo
sic adstrictus vos obnixè genibus flexis deprecor, vt vestra saluti consulatis, cer
tamque vestram vocationem faciatis; & hæc vobis præcipuè trado monita, quod
in hac sacra Patris Seraphici Religione vnum corpus & vnus spiritus sitis, vt Co
ronam ab omnipotente Deo vobis in Cælo paratam consequamini. Paterna mo
nita, quæ vobis pro testamento, & ultimæ voluntatis meæ explicatione relinquo,
sunt ista, Spernere mundum; Spernere nullum; spernere se; Spernere se sperni.
Documenta hæc, quicumque Religiosus, & Apostolicus esse cupit, animamque suam
saluam facere, & alias ad Paradisi gaudia euehere, obseruet necesse est. Nec si
lentio inuoluendum puto nos omnes in Apostolica vocatione consistere, Di
uumque Franciscum Religionem hanc pro animarum auxilio, Catholicæ Fidei
conseruatione, & propagatione plantasse; quapropter instar Apostolorum per
terrarum orbem huc illuc permeabitis, vberes in vinea Domini afferentes fru
ctus, qui etiam fortè vos efficiet dignos, vt contumelias & opprobria pro ipsius
nomine patiamini, & postmodum in Cælis diuitem Coronam adipiscamini; vt
Apostolorum imitatores sitis, nedum in vocatione & vita, verum etiam in co
rona, & præmio, de quibus dicitur, *Ibant Apostoli gaudentes à conspectu Cæ
cilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.* Et hoc
in loco tanquam essem in mortis articulo constitutus magna lacrymarum copia
perfundus, talia ex intimo cordis affectu proferens verba, omnes, ac singulos bene
dico; Benedictio plenissima descendat super vos, & benedicat vos Pater, & Fi
lius, & Spiritus Sanctus. Addo huic benedictioni. Seraphici P. nostri Francisci
verba, quæ potius in tabulis cordis incisa, quam litteris in lapidibus vel chartis
efformata esse deberent. O dilectissimi Fratres, & in æternum benedicti Filij,
audite me, audite vocem Patris vestri. Magna promissimus, maiora promissa
sunt nobis; seruemus hæc, suspiremus ad illa, voluptas brevis, pœna perpetua,
modica passio, gloria infinita, multorum vocatio, paucorum electio, omnium re
tributio, Amen.

Cogitaueram (dilectissimi patres, & Fratres in visceribus Iesu Christi) alias
ad vos mittere litteras, sed cum huiusce Capitularis vocationis sese obtulerit
ocasio, ea, quæ alias scripturus eram, his meis Pastoralibus esse complectenda
non incongruum iudicaui. Reliquum est, vt de more formalem futuri Capituli
hiscæ meis adjungam. Omnibus itaque expressè enuncio, distinctè dico, quod post
meam ad Generalatum electionem, & prorogationem à Sanctis. D. N. Paulo V.
sanctiss. memoriæ speciali diplomate factam, vt scilicet huiusce Religionis
Generales in posterum de sexennio in integrum sexennium eligantur,
& cum iam ultimus mei sexennij inceperit annus proxima futura Pente
coste terminandus congregabuntur solummodo Vocales omnes, qui sunt
Adm: Reuerendi Patres Prouinciales, & Custodum Custodes cuiuscunque Pro
uinciæ, fietque noua Generalis electio in nostra Religione, ibique omnia ea, quæ
ad communem Religionis vtilitatem spectant, determinabuntur. Quare cum
core esse deberent; atque vbi in præteritis temporibus dissensionum flammæ non
excitauimus, factiones non fuisse, seditiones in totius regimini mei curriculo di

ut præsertim remotiores Prouinciæ, quid faciendum sit, haud ignorent, & Patres Prouinciales cum Custodem Custode Canonice electo opportuno tempore se expedire queant; Nec ullus alius accedere presumat sub prætextu studiorum, Doctoratus, vel alterius negocij, nisi licentiam à Generali in scriptis obtinuerit sub pœnis superius inflictis, quæ sunt suspensio à diuinis, & priuatio omnium legitimorum actuum ipso facto incurrenda. Prouinciales enim, ac Regentes, quæ facienda erunt in recessu à Capitulo optime nouerint. Si quis autem aliquid exposcat, id litteris apud Generalem, vel apud prædictos agere poterit, & sic facilius voti sui compos erit.

His igitur Pastoralibus litteris, quas tibi Patri Prouinciali Prouinciæ Sancti Francisci transmittō, formalique citatione adjuncta, præfixo jam tempore, & loco, cettio rem facio Paternitatem tuam, Generale Capitulum fore celebrandum futura Pentecoste Anni 1623. in Alma Vrbe Romæ, in Conuentu nostro Sanctorum Duodecim Apostolorum, fietque noua Generalis electio, die 3. Iunij. Quare Te cum tuo Custodem Custode Canonice electo citatum volo. His quoque meis quam citius poteris, respondebis, & in omnibus Prouinciæ tuæ Conuentibus hasce legi curabis. Tu quoque sic vocatus, & citatus eo tantum tempore quo Capitulum aperietur, interesse studebis, nec prius, ne Religio nimis graueur, & ut ordine, & exemplo cuncta succedant quæ pro maiori Dei Gloria, Religionisque decore in hac noua electione fuerint expedienda. Quod si tui ipsius causa, alioquin incidente casu interuenire non poteris, velim nihilominus scias te admonitum tempestiue, & electionem à præsentibus solum fore Canonice expediendam, ibique totius Religionis negotia pertractanda. Alij non vocales in assignatis manebunt locis & Conuentibus, & Domino Deo effundent preces pro felici Capituli [in hoc enim totius Religionis consistit decus, & honor] directione, & terminatione, ex quo fiet, ut in tribus diebus ante Festum Pentecostes, videlicet Iouis, Veneris, & Sabbathi oratione quadraginta horarum, ubi sufficiens est Fratrum multitudo, absoluent. Vbi autem pauci degunt Fratres Sanctissimum ac venerabile Sacramentum quinq; horarum spatio singulis diebus deuote exponent. Saluto Paternitatem tuam, & omnes tuos Fratres in visceribus Iesu Christi. Gratia, & consolatio Sancti Spiritus semper sit tecum, & cum omnibus tuis Fratribus, quibus ex corde benedico.

Scriptæ fuerunt præsentēs litteræ in nostro Conuentu Sancti Iacobi Pragæ tertia die Iunij, Anni 1622. quo etiam die sequentis Anni 1623. Deo disponente noua capitis in Relione fiet electio.

Imprimatur.

Pro Reuerendis. D. Episc. Interamnē.

Hieronymus Donatus Philosophiæ, & Sac. Th. Doct.



core esse deberent; atq; ubi in præteritis temporibus dissensionum flammis non
excitavi, factiones non fovi, seditiones in totius regiminis mei curriculo dii